

ADNOTATIONES

ad

»ICHNEUMONOLOGIAM SUECICAM»

AUCTORE

AUG. EMIL HOLMGREN.

(Continuatio).

40. *I. melanotis* HOLMGR. — Pag. 72.

Post diagnosis feminæ addendum:

♂: ore ex parte sordide rufo; orbitis oculorum facialibus late, lineis seu maculis ad radicem alarum, scutello, segmento 3:tio abdominis tibiisque stramineis, his posticis apice nigro; alis fuscescenti-hyalinis, stigmatate fulvescente, tegula fusca. — Long. 14—16 millim.

Mas, hactenus indescriptus, in Westrogothia a Dom. MORTONSON rarius inventus est. — Specimen femineum a Dom. S. LAMPA e Westmannia accepi. — Var. 1. quoque in Lapponia occurrit.

Obs. Sculptura corporis ♂ plane ut in femina. Segmentum 2:dum abdominis nigro-fuscum, angulis apicalibus pallidioribus.

46. *I. gradarius* WESM. — Pag. 80.

Mas sub hac specie dubie collocatus ad speciem diversam pertinet, ejusque diagnosis ideo delenda; quod ad *feminam* attinet, ejus diagnosis paullulum modificanda:

Mas (verus): ore, clypeo, facie, initio orbitarum frontaliū, margine supero colli, linea ante et lineola infra alas scutelloque albido-flavis; segmentis 2 et 3 abdominis croceis; alis subfumato-hyalinis, stigmatate fulvo, tegula nigra;